

J. B. iii. 412. *Chamel.* 653. *Tourn. Inst.* 285. *Elem. Bot.* 241. Ranunculus nemorosus albus simplex, *Park. Theat.* 325. Ranunculus, *Chab.* 465. Nemorosa flore roseo, albo expanso, *Rupp. Flor. Jen.* 128. **Wood Anemone.** In sylvis & dumetis. Martio & Aprili floret. *Usu.* Folia. *Vires.* Acris & calida est planta cutem exulcerans.

XX. De Pulsatilla.

Notæ sunt, Semina cincinnata, plumulis longis adherentibus flores hexapetali, *R. Meth. A.* p. 69.

A. Pulsatilla, *Offic. Chab.* 464. Pulsatilla vulgaris, *Ger.* 314. *Emac.* 385. *Park. Theat.* 341. *Mer. Pin.* 99. *Raii Hist.* i. 633. *Merc. Bot.* iii. 31. *Phyt. Brit.* 100. *Buxb.* 274. Pulsatilla Anglica purpurea, *Park. Parad.* 199. Pulsatilla folio crassiore & majore flore, *C. B. Pin.* 177. *Tourn. Inst.* 284. *Elem. Bot.* 240. *Raii Synop.* iii. 260. *Boerb. Ind. A.* 39. *Dill. Cat. Giff.* 37. *Rupp. Flor. Jen.* 129. Pulsatilla purpurea cæruleave, *J. B.* iii. 409. Pulsatilla folio crassiore flore majore dilutior, *Hist. Oxon.* ii. 428. **Walque Flower.** In montibus apricis etiamque in hortis pro ornamento. Aprili floret. *Usu.* Herba. *Vires.* Cum Anemone viribus convenit. Herba est Vulneraria, Radix quoque est acris & sternutationem provocat. Dicitur quoque vim habere alexipharmacam, *Buxb.* 274.

SECTIO DECIMA QUARTA.

De Herbis Pomiferis.

Pomiferas voco, quæ fructus plantarum omnium maximos producant, cortice crasso teclas, flores nudos, monopetalos, margine quinquepartito, summo fructui insidentes, *R. Hist.* p. 637.

Herbæ Pomiferæ sunt vel carne seu pulpâ

Dulci vel insipida, semine
 Thyreoides, duobus in summitate eminentibus angulis velut cornuto, flore albo: *Cucurbita.*
 Ad margines æquali absque eminentiis,
 Magno, lato, rhomboide,
 Albo, lineâ circa margines elatâ cincto, fructu maximo: *Pepo.*
 Nigro, nulla in margine elatâ lineâ in medulla fungosa, aut rubente pulpa latitante: *Citrullus.*
 Minore, semine per maturitatem
 Albo, angusto, oblongo, fructu majore, æquali, tuberculis non exasperato, Moschum redolente, carne delicata: *Melo.*
 Tuberculis spinosis bullato, carne magis insipida & aqueâ: *Cucumis.*
 Nigro aut pullo, minore & brevior, fructu itidem minore undique hispido: Olivæ figurâ, pulpa purgatrice: *Cucumis aspinus.*
 Amara pulpâ intus fungosâ levissima, semine parvo, albo, duro: *Colocynthis.*

I. De Cucurbita.

Notæ sunt, Semen thyresoides, duobus in summitate eminentibus angulis velut cornutum, flos albus, cortex fructus durus & quasi lignosus, *R. H.* p. 638.

A. Cucurbita, *Offic.* Cucurbita lagenaria, *Ger.* 777. *Emac.* 923. Cucurbita lagenaria major, *Park. Theat.* 769. Cucurbita lagenaria flore albo, folio molli, *C. B. Pin.* 313. *Hist. Oxon.* ii. 23. *Boerb. Ind. A.* ii. 80. Cucurbita lagenaria, *J. B.* ii. 216. *Raii Hist.* i. 632. *Tourn. Inst.* 107. *Elem. Bot.* 89. *Chab.* 129. **The Gourd.** In hortis, sed rarius. Junio floret. *Usu.* Semen recensetur in numero quatuor frigidorum majorum. *Vires.* Sitim sedat, urinam ciet, & ventrem movet, semen genitale minuit, & Veneris appetentiam extinguit; præterea convenit viribus cum Cucumere, *R. H.* p. 639.

II. De

II. De Pepone.

A Reliquis distinguitur totius plantæ magnitudine, semine rhomboide, linea circa margines elata cincto, R. H. p. 639.

A. Pepo, Offic. Park. Parad. 526. Pepo oblongus, C. B. Pin. 311. Hist. Oxon. ii. 26. Raii Hist. i. 641. Tourn. Inst. 105. Elem. Bot. 88. Boerb. Ind. A. ii. 78. Rupp. Flor. Jen. 42. Pepo maximus oblongus, Ger. 773. Emac. 919. **Common Pumpkin, or Melon.** In hortis in fimetis feritur. Junio floret. Ufu. In Culinis fructus, in Officinis Semen, sed raro in usu occurrit. Vires. Convenit viribus cum Cucumere.

III. De Colocynthide.

Semine albo, parvo, duro, in pulpa fungosa amara latitante, à reliquis differt.

A. 1. Colocynthis, Offic. Ger. 768. Emac. 915. J. B. ii. 232. Chab. 133. Raii Hist. i. 642. Colocynthis vulgaris, Park. Theat. 160. Colocynthis fructu rotundo minor, C. B. Pin. 313. Tourn. Inst. 108. Chomel. 67. **Coloquintida.** Ex Alepo adfertur. Ufu. Fructus. Vires. Pituitam crassam ac glutinosam ex profundioribus & remotioribus partibus expurgat, ut ex Cerebro, Nervis, Articulis, Pulmonibus. Unde commendatur & cum successu exhibetur in Cephalalgia, Hemisphæria inveterata, Apoplexia, Epilepsia, Vertigine, Asthmate, Tussi, Dyspnoea, Morbis Articularibus frigidis, dolore Colico statulento, Hydroke, &c. R. H. p. 643.

A. 2. Colocynthis fructu rotundo major, C. B. Pin. 313. Tourn. Inst. 109. Chomel. 67. Boerb. Ind. A. ii. 80. Hist. Oxon. ii. 27. Colocynthis major rotunda, Park. Theat. 160. **The greater Coloquintida.** Ex Asia advehitur. Ufu. Fructus, ut scribit Chomel. Vires. Easdem vires cum priore obtinet.

IV. De Citrullo.

ETUS notæ sunt, Semina rhomboidea, nullâ in margine elatâ linea, in carne seu pulpa rubente latitantia, colore nigricante, R. H. p. 643.

A. Citrullus, Offic. Citrullus Officinarum, Ger. 767. Emac. 913. Citrullus folio Colocynthidis secto, semine nigro; quibusdam Anguria, J. B. ii. 235. Citrullus, Anguria, Tetranguria, Chab. 133. Anguria Citrullus dicta, C. B. Pin. 312.

Raii Hist. i. 643. Tourn. Inst. 106. Elem. Bot. 89. Hist. Oxon. ii. 228. Boerb. Ind. A. ii. 79. Rupp. Flor. Jen. 43. Anguria five Citrullus vulgarior, Park. Theat. 771. Citrullus jacea Brasiliensibus, Mareg. 22. Citrullus jacea five Anguria, Pif. 262. **Citruls.** In hortis, sed rarius. Ufu. Semen. E numero quatuor frigidorum majorum est. Vires. Cum Cucurbita, Cucumere, & Melone temperamento & viribus omnino convenit.

V. De Melone.

Semine albo, angusto, oblongo, cum Cucumere convenit; fructu majore, non spinoso, Moschum redolente, carne delicata ab eodem differt, R. Hist. p. 644.

A. Melo, Offic. Ger. 771. Emac. 917. Raii Hist. i. 644. Park. Parad. 525. Melo vulgaris, C. B. Pin. 310. Hist. Oxon. ii. 29. Tourn. Inst. 104. Elem. Bot. 88. Boerb. Ind. A. ii. 77. Rupp. Flor. Jen. 41. Melones, J. B. ii. 242. **Musk Melon.** In hortis. Junio floret. Ufu. Semen. Est è quatuor seminibus majoribus frigidis. Vires. Hepaticum est & Nephriticum, eapropter confert Tussi, Pnithisi, & Febribus, medetur Stranguriæ, Urinæ ardorem, sitimque sedat, &c. Vide & reliqua semina frigida majora, cum quibus in omnibus convenit, Schrod.

VI. De Cucumere.

NOtæ sunt, Fructus tuberculis spinosis bullati, semina pulpâ humidâ copiosâ, gelatinæ emulâ, contenta, R. H. p. 645.

A. Cucumis hortenſis, Offic. Cucumis sativus, Park. Theat. 772. Cucumis vulgaris, Ger. 762. Emac. 910. Raii Hist. i. 645. Hist. Oxon. ii. 31. J. B. ii. 245. Chab. 134. Cucumis sativus vulgaris, C. B. Pin. 310. Tourn. Inst. 104. Elem. Bot. 87. Boerb. Ind. A. ii. 77. Rupp. Flor. Jen. 41. **Cucumler.** In hortis frequenter feritur. Junio floret. Ufu. Fructus, Semen, è numero quatuor frigidorum majorum est. Vires. Refrig. abstergit, aperit; Urinam ducit, usus creberrimi est in emulsionibus Antipleuriticis, Antinephriticis, &c. Schrod.

VII. De Cucumere sylvestri seu Asinino.

FRuctu parvo undique hispido, Oliva figurâ, semine nigro, quod per maturitatem cum impetu ejaculatur, pulpâ purgatrice ab aliis distinguitur.

A. Cucumis

A. Cucumis agrestis, *Offic.* Cucumis agrestis five asininus, *Park. Theat.* 161. Cucumis sylvestris five asininus, *J. B.* ii. 248. *Chab.* 135. *Raii Hist.* i. 647. Cucumis asininus, *Ger.* 766. *Emac.* 912. Cucumis sylvestris asininus dictus, *C. B. Pin.* 314. *Tourn. Inst.* 104. *Elem. Bot.* 87. *Hist. Oxon.* ii. 33. Cucumis, elaterium Rivini, *Rupp. Flor. Jen.* 41. Cucumis, elaterium Officinarum, *Boerb. Ind. A.* 77. Guarerva-oba five Cucumer asininus, *Pis.* 264. **Wild Cucumber.** In hortis non infrequens. Junio floret. *Usu.* Fructus. Præp. elaterium, *Offic.* Est Fructuum maturorum succus inspissatus, lubricus, viscosus, vel sponte, vel lævi compressione emissus, coloris fusci, saporis acris, amaricantis, nauseosi, odoris virosi. *Vires.* Purgat pituitam serofosque humores vomitu & dejectione, movet menses, foetumque interimit, *Sylv. & Schrod.*

VIII. De Momordica.

NOtae sunt, Fructus verrucosis tuberculis exasperatus minimus, carne pauca, unica intus cavitate, quæ sponte aperitur, & semina continet calyptra seu pileolo quodam involuta, plerumque crenata; flores ad centrum usque in quinque lacinias finduntur, *R. Meth. A.* p. 71.

A. Momordica, Balsamina, *Offic.* Momordica, *Schrod.* iv. 105. Momordica Officinarum, *Volck. Flor. Nor.* 293. Momordica vulgò, *Hort. Lugd. Bat.* 429. Momordica vulgaris, *Tourn. Inst.* 103. *Elem. Bot.* 87. *Boerb. Ind. A.* ii. 76. *Rupp. Flor. Jen.* 41. Momordica, Balsamina, Cucumeraria, Pomum mirabile, *Chab.* 135. Momordica Balsamina mas, *Ger.* 290. *Emac.* 362. *Park. Theat.* 714. Momordica, Balsamina rotundifolia repens seu mas, *C. B. Pin.* 306. *Raii Hist.* i. 647. Balsamina Cucumerina Indica, folio integro, fructu variegato, *Chom. in Not. Hort. Mal.* viii. 22. *Flor. Mal.* 52. Balsamina Cucumeraria, *J. B.* ii. 251. Cucumis puniceus Cordi, *Hist. Oxon.* ii. 33. Piperitis, *Tourn. Mat. Med.* 357. Balia - Mucca - Piri, *Hort. Mal.* viii. 21. *Tab.* ii. Cucumerina Indica, folio integro, fructu variegato, *Chom. in not. Pale Balsam-Apple.* In hortis colitur. Augusto floret. *Usu.* Fructus. *Vires.* Refrigerat parumque ficit, vulneraria est, dolores ac præsertim hæmorrhoidum mitigat. Extrinsecus sauciatis confert nervis, Herniæ, ambustis, &c. *Schrod.* Balsamum ex fructu hujus plantæ oleo insolate per longum tempus factum, valet optimè in vulnere-

bus, ulceribus, maximè hæmorrhoidibus, matricis ulceribus, rupturis, &c. *Pharm. Bat.*

Antequam *C. Bauhinus* pinacem suam ediderat, duos tantum novi Botanices scriptores, qui *Momordica* nomen meminerunt: Post eum *Schroderus*, *Chabræus*, *D. Hermannus*, *D. Volckamerus*, & *D. Tournefortius* ejus mentionem fecerunt, nemo tamen eorum eo nomine *Balsaminam* sæminam intelligit, sed omnes hanc plantam; neque quisquam Botanices Auctor, aut auditis mihi aut cognitis eam unquam ita appellat, neque vires ab ipso *D. Bates* Balsamo *Momordica* attributæ hujus virtutibus disconveniunt.

SECTIO DECIMA QUINTA.

De Herbis Bacciferis.

BAccas voco fructus herbarum quoscunque membrana tenuiore vestitos, pericarpio seu pulpâ intus per maturitatem humidâ aut molli semina ambiente, eisdemve intermixta, *R. Synop.* p. 94.

Herbæ Bacciferae simplicibus acinis sunt vel

In racemos dispositis, scandentes,
 { Capreolis, cauliculis,
 { Spinosis
 { Foliis Tami lævibus: *Salsaparilla.*
 { Foliis Plantagineis: *China.*
 { Non spinosis, foliis vitigineis: *Bryonia.*
 { Cauliculis volubilibus, foliis Convolvuli: *Tamus.*
 { Magis sparsis, foliis
 { Latioribus & majoribus,
 { Nervosis,
 { Επιπυλλόκαρποι
 { Cum lingula seu folio secundo in medio folio: *Hypoglossum.*
 { Fructu solo seu bacca e medio folio enata, foliis
 { Majoribus & latioribus non spinosis: *Laurus Alexandrina.*
 { Minoribus, myrti æmulis, in mucronem spinosum & pungentem exeuntibus: *Ruscus.*
 { In caulibus fructus gerentes, flore